



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hyperdvlia Mariana

**Berchmans, Johannes
Canisius, Jacobus**

München, 1636

Testimonivm Eminentissimi Roberti Cardinalis Bellarmini.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)

Virginem sanctissimam, quam ingenti
 fiducia solebat Matrem suam appellare.
 Hæc sunt Scribentis verba. Patrona San-
 ctitatis, Sanitatis & studiorum, tu es mea
 Mater, Virgo MARIA. Ita Berchman-
 nus; cuius Mariana pietas, perfectaque
 virtus. subiectis grauissimorum virorum
 testimonijs declaranda; quò nimirum
 Primus Hyperduliam discendi ardor no-
 bilitas sit magistri, vt loquitur S. Amb,
 de B. V. Berchmanni Magistra.

TESTIMONIUM

Eminentissimi Roberti Car-
 dinalis Bellarmini.

Hic Vic Romæ ad D. Andreae degenti
 cum Berchmanni virtus, sed in pri-
 mis eius moribus, velut imagine, expres-
 sa beatissimæ Virginis modestia, Ange-
 licæque Corporis, & animi integritas ta-
 lis, vt etiam alios vel aspectu sui pueris-
 simis castitatis amoribus inflammaret.

rela-

relata fuisset: Singularem profectò gratiam, inquit, Iuuenis (qualis Ioannes erat) valentis ac Spiritus pleni. Et aliàs idem Cardinalis similia de Berchmanno audiens: Priuilegium hoc, inquit, Beatissimæ Matris, non nisi illius ipsius fauore potuit seruo ac filio eius impertiri: eidem Cardinali cum formula auctoramenti, quo perpetuum se fore Conceptionis immaculatæ Marianæ vindicem vouerat, indicata fuisset, O rem egregiam, inquit, mirèque adinuentam, inquit, sic fidem Virgini obstrinxisse, scripto etiam sacramento! Equidem credo id ei ab ipsa Virgine instinctum, quæ filium illum suum voluerit à partibus suis stare. Sic Eminentissimus ille Cardinalis non tantum modò scientiâ, sed integritate morum, sanctitatisque famâ per omnes orbis oras celebratus, mihi Iacobo Canisio familiariter, ac de facie notus Romæ; qui auditâ Berchmanni morte, & eximiarum virtutū ornamentis cum lacrymis deplorauit, neque viuo

familiarius se fuisse vsum, neque ægri
 inualetudinem cognouisse, neque per
 morbum visitasse; vt salutem suam eius
 precibus commendaret.

TESTIMONIUM

R.^{mi} IACOBI SECCI
 Æthiopici Patriarchæ.

EGO Iacobus Seccus affirmo, familia-
 liter me vsum fuisse Ioanne Berch-
 manno, Flandro Belgâ, in Collegio Ro-
 mano eiusdem Societatis, iuvene insi-
 gni vitæ innocentia, animi puritate, mo-
 rumque suauitate. Ob quæ ornamen-
 ta sæpius eum appellauit verum seruum
 filiûmque Beatissimæ Virginis, quam
 ardentissima charitate amabat ac vene-
 rabatur. Non rarò etiam sub vltimos
 vitæ menses, cum sacro meo ministra-
 ret, religioni habere, cæpi, tractari à me
 indignè irreligiosèque diuina illa myste-
 ria, illo mihi ministrante, quem ob animi
 puri.